CAPVT VII.

TITVLI APPARITORVM ET SERVORVM PVBLICORVM

(Addenda ad vol. I p. 372—386 N. 1877—1975).

9036 C. Allius C. l. Niger scrib. libr. ex | III decur. quaestor.[1], decur. II[2], honore usus[3], sibi | et Helviae Ɔ. l. Asterioni uxori, quae secum vixit | annos XXXXII, suisque omnibus posterisque eorum; | Avidiae Sex. l. Primae uxori *(sequuntur alia nomina propinquorum et libertorum).*

Romae rep., iam Baltimore (Harry Langford Wilson Amer. Journal of phil. 1909 p. 62). — 1) *Cf. supra N. 1894 seq. 1926. 2748; adde XIII 1815:* scriba lib. trium decuriarum quaestori(*us*). — 2) *Decuria secunda.* — 3) *Cf. N. 331.*

9037 dis manibus | C. Attio C. lib. Blasto | lict. III decur., | qui imp. et cos. et pr. | apparuit[1], et | Attiae Faustillae | parentibus piissimis, | C. Attius | Plocamianus.

Prope Gallicano vicum Latii, loco dicto Passerano (Eph. ep. 9, 735 = Notizie degli scavi 1907 p. 131 Vaglieri vidit ectypum). — 1) *Cf. N. 1904.*

9038 Q. Valerio | Acrato | decur. curiat.[1] et | Valeriae Cosmopoli | lib. eius.

Romae ad viam Appiam (VI 32301 = Lugari monumenti al IV migho della via Appia 1882 p. 60). — 1) *Lictor fuit ex decuria curiatia, cf. supra N. 1916.*

9039 *1.*

T. Licinio T. f. Post. IIII vir. aed.
apparitores.

2.

C. Iulio Caesaris l. Salvio
accenso[1], mag. luperc.[2], viat. trib.[3],
Postumus IIII vir aed.

Ocriculis rep. una cum N. 7365 (Notizie degli scavi 1898 p. 406). Apparet iuxta collocatas fuisse statuas duas, quarum alteram Licinio Postumo quattuorviro aedili posuerunt apparitores, Ocriculani sine dubio, alteram hic ipse Postumus posuit Iulio Salvio. Aliarum statuarum subscriptiones videntur interiisse, lapide fracto a sinistra. — 1) *Sc. Caesaris. Cf. supra N. 1942 seq.* — 2) *Cf. supra N. 4948 not.* — 3) *Cf. supra N. 1924. 1925. 1950. 7489.*

---

archive.org